

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

157. An, si cum promoto esset dispensatum, ut intra tempus à jure  
statutum non teneretur consecrari, sed ad annum v. g. differre  
consecrationem posset, durante illo tempore dispensationis vacent ejus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

bita ab illo punto vacare, & virtute hujus decreti vacabunt, providerique poterunt, & provisi de illis accipere possessionem, antequam confirmationem possessionem suam Episcopatus accipiat; atque ita de stylo curia tantum est, & praxi communis receptum, quod beneficia in confirmatione censeantur vacare, sive quod eodem consistorio Episcopus a Papa confirmetur, omniaque ejus beneficia, & pensiones vacare prouincietur. Non vero est de stylo curia, quod beneficia censeantur praeceps vacare per promotionem seu confirmationem, Garc. cit. n. 9. ex c. eam re. de rescr. n. 20 Nav. in c. accepta, de restitut. spoliat. opposit. 10. n. 34. Germon. Simonet. &c. licet autem in illo casu talis decreti verè & effectualiter vident illa beneficia, & de iis provisis capere possit possessionem ante adeptam a promoto possessionem Episcopatus (ut Castrop. loc. cit. & Garc. num. 10. sententia Abb. & qui eum sequuntur, Mandos. ad reg. 26. q. 4. nu. 5. Bursat. loc. cit. nu. 4. Hojed. loc. cit. n. 15. & alii apud Garc. n. 8. censentes, quod licet promoti beneficia statim conferantur, tamen illa collatio non habeat effectum, & beneficia illa verè & effectualiter vacare non censeantur, nisi adeptā a promoto possessione Episcopatus; cum quis provideat non debeat primum beneficium, quādū secundum plenē non est assecutus, juxta c. si quis jam translatus. 21. q. 2. & gl. ibi.) quia ita velle videtur Papa in decernendo; si tamen promotus non posset capere possessionem Episcopatus, posset redire ad sua beneficia etiam sine nova collatione; quia illud decretem Papa intelligitur sub tacita conditione; nisi forte provisus non posset consequi Episcopatum, Argumento cap. si beneficia. de præ. in 6. Garc. cit. n. 10. Castrop. loc. n. 1. ubi etiam, quod ob causam ista beneficia non plene & perfectè vident, nec firmiter provideri possint, sed sub conditione, si promotione confirmati effectum habeat.

4. Respondeo quartū: Sicut illa beneficia ex dicto stylo curia (supposito nempe dicto decreto) vacant ante adeptam a promoto possessionem, ita etiam ante ejusdem confirmationem, ita videntur sentire fidem AA. Garc. Castrop. &c. & exp̄l̄s̄ Paris. l. 3. q. 1. n. 77. de cetero, præscindendo a stylo illo, si Episcopus statim a confirmatione consecratus ante confirmationem possessionem, vel statim, ac consecratus est, possessionem accepit, vacant eo ipso ipsius beneficia, adeoque etiam ante illos 3. mensis elapsos, qui à jure conceduntur ad suscipiendam confirmationem, ita ut statim conferri possint. Si vero possessionem non accepit, nec ante confirmationem, nec statim post eam, non vacant, sed expectandus est lapsus istorum 3. mensium, vel saltē donec consecratus possessionem consequatur, ut ea beneficia conferri possint. Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. 12. ex Panormit. & Jo. And. contra Imol. &c. qui indifferenter seu indistincte tradunt, ea vacare statim a confirmatione, etiam ante elapsos dictos 3. mensis, Idem cum Azor tradit Garc. loc. cit. num. 12. dum ait: quod attinet ad vacationem beneficiorum spectabitur solum ad possessionem, num Episcopus eam sit adeptus, vel per eum steterit, quod minus eam accepit: Confirmaque id ipsum ex decisione Rotar. in Toletan. Scholast. 22. Ianii. 1592. quam fusè ibidem recitat: in qua dicitur, ad vacationem beneficiorum promoti duo requiri, ad petitionem scilicet possessionis & confirmationis,

vel hujus (hoc est consecrationis) loco lapsus trimestris ad consecrandum, adeoque ultra consecrationem & possessionem, ut tenuit Holtiens. non esse expectandum lapsum istius trimestris. Unde jam illud deduci videtur, post acceptam possessionem expectandam esse vel ipsam consecrationem, vel trimestre datum ad consecrandum; adeoque posse vacare illa beneficia ante consecrationem, dum nimur ea differtur ultra dictum trimestre, econtra autem post suscepitam consecrationem expectandam esse possessionem, utpote sine quan non vacant beneficia illa, quod ipsum tenet Rota in dicta decis. dum ait: non esse curandum, quod plures teneant, non esse expectandam apprehensionem possessionis post consecrationem, vel lapsus temporis ad consecrandum; ed quod illorum Auctorum dictum tunc solum procedat, ubi in promotione vel translatione Papa decrevit, beneficia vacare a confirmatione, et si tale expressum decretum non adsit, standum dispositione juris communis. Videntur tamen eadem Rotar. decisio & Garc. cit. n. 12. & auctores passim indicare, quod si per ipsum promotum steterit, quod minus possessionem consequatur, sive si is absque justo impedimento negligat sumere possessionem, non impediti, quod minus vacant beneficia ante adeptam ipsa possessionem, licet terminum illius capientur non praefigunt. vide dicta in responsione secunda.

### Questio 156. Quid hac in parte dicendum de pensionibus?

R Espondeo tametsi, ut dictum sub initium quest. præced, per promotionem ad Episcopatum vident quoque pensiones, sicut ipsa beneficia, vacante non nisi adeptā pacifica possessione, & fecutā consecratione, aut lapsu trimestris ad consecrandum, ut dictum jam de ipsi, Garc. loc. cit. n. 25. ex Germon. illud tamen circa illas speciale, quod, et si decerneretur juxta stylo curia, ut jam dictum, vacare beneficia, non facta expressa mentione de pensionibus, decretum illud se ad eas non extenderet; cum sit exorbitans, & pensio non sit beneficium maximè cum sit diversa ratio quod hoc in pensionibus & beneficiis; cum in beneficiis illud decretum fiat, ut beneficia statim possint a Papa provideri; que ratio cessat in pensionibus. Garc. loc. cit. n. 27. quod si exp̄l̄s̄ quoque in illo decreto decerneretur vacare pensiones, de iis pariter ac de beneficiis loquendum est, quod vacant verè & effectualiter. Garc. n. 28. juncto n. 29.

### Questio 157. An si cum promoto esset dispensatum, ut intra tempus a jure statuum non teneretur consecrari, sed ad annum v. g. differre consecrationem posset, durante illo tempore dispensationis vacant ejus beneficia?

1. Respondent negativè Abb. n. 8. Butrio. n. 4. Rin c. cum in cunctis, de Elect. ed quod in dicto cap. secundum communem illius intellectum dicuntur vacare beneficia promoti in Episcopum in duobus casibus, nimirum si suscepit consecratio, aut tempus ad eam datum est clapsum, concurrente negligentiā promoti; in casu autem hoc accepta dispensatione neutrum adsit, neque consecratio, neque ejus neglectus. Respondentem negativè. Garc. loc. cit. n. 24. 14. Fejlin. in c. posuit at. n. 13. limit.

## De vacatione ob incompatibilitatem.

67

*U*erit. 6. de rescrip. Cosm. Basilius, & alii ab eo citati.

Item Sanch. l. 8. de matrim. d. 1. n. 24. apud eundem, & apud Laym. in cit. c. cum in cunctis. §. cum vero electus. n. 5. sed ex alio fundamento; nimurum, quod licet dispensatio alias sit stricti juris, adeoque non extendenda, comprehendere tamen debet ea, quia sunt accessoria, seu necessariò consecutura; adeoque ex eo, quod sublata consecrationis suscipienda obligatio sequatur necessaria, sublatam quoque conferi beneficiorum vacationem.

2. Respondet sub distinctione alii cum Jo. And. & aliis in cit. c. cum in canticis. apud eundem Laym. loc. cit. admittendo illud, si dispensatio illa facta a Papa motu proprio, fecus si ad instantiam promoti, aut aliorum pro illo, quod dispensatio tunc concessatur odiosa, ac proinde censenda non sit operari duo; nimurum relaxare legem accipienda consecrationis, & legem vacationis beneficiorum.

3. Respondet denique probabilitus ipse Laym. praescindens ab illo stylo curia, de quo quest. prae-  
ced. ab solute absque dicta distinctione affirmativa-  
tive, eò quod duo sint decretalia, unum per se & prin-  
cipale, tempe ut videntur promoti beneficia; alterum accessoria & accidentaria, nimurum ut vaca-  
tio illa incipiat a tempore consecrationis, aut la-  
pus trimestris dati ad illam; adeoque, licet hoc  
accessorium tollatur per dispensationem, non tamen  
ideo tollitur principale, urpate ab accesso-  
rio independens. Sed neque vacatio haec depen-  
det ex sola consecratione, aut eius neglegenti; sed  
ex ipsa quodque possessione pacifica affectuione,  
si ponatur consecratio non esse subsecuta. Ac de-  
nique, quod non sit conveniens, ut deterior sit  
conditio Episcoporum, qui Ecclesiastica traditio-  
ni & Canonibus obtemperantes consecrationem  
accipiunt, quam eorum, qui quounque prece-  
xto, postulata dispensatione, eam subterfugunt.

*Q*uestio 158. *An, quod dictum hucusque de promoto in Episcopum quod vident omnia ejus beneficia, locum quoque habeat in promotis ad Abbatiam, aliameve Pralataram Ecclesie alicuius regularis vel secularis?*

1. *R*espondeo primò: Vacare omnia beneficia promoti ad Abbatiam regularem, adepta-  
eius possessione pacifica, vel si per eum fieret, quod inimicus eam adipiscatur. Paris. l. 3. q. 1. n. 95. Castrop. cit. §. 3. n. 7. Garc. loc. cit. c. 7. n. 1. citans pro hoc Hojed. p. 1. c. 6. & n. 1. Zechum. de benef. c. 5. n. 4. Gigas. de pension. q. 5. n. 5. Selva. p. 1. q. 2. n. 49. &c. Idque, etiam si fuerit benedictus. Garc. ibid. Paris. n. 96. citantes Oldr. conf. 14. Hojed. ubi ante. n. 5. Rebuff. Gigas &c. Idem est de similibus Pralatis Ecclesiarum Regularium, quo-  
cunque nomine vocentur, v. g. in Priore, Präposito; dum is est loco Abbatis, & est principalis præ-  
latura in illa Ecclesia regulari, & in effectu est ea-  
dem dignitas. Paris. loc. cit. n. 100. & seq. citans plures. Castrop. loc. cit. Garc. loc. cit. n. 5. citans Hojed. dicto c. 6. n. 2.

2. Respondet secundò: idem esse de Abbatibus & pralatis similibus secularibus. Garc. n. 3, ci-  
tans Hojed. ubi ante c. 5. n. 2. Paris. n. 99. modò  
tamen talis Abbas aut alius pralatus habeat in Ec-  
clesia illa sua collegiam generalem, & omnimo-  
dum, & quasi Episcopalem jurisdictionem; ita ut  
verè dici possit illius ipsius & Pastor: secus enim  
est in aliis Abbatibus secularibus, dum horum

beneficia non magis vacant per adoptionem Ab-  
batie, quam aliarum dignitatum. Garc. loc. cit. n. 4.  
4. dicens ita: videri usu & praxi receptum.

*Q*uestio 159. *Num eadem dicenda de pro-  
moto in Cardinalem?*

*R*espondeo: Negativè. immo de novo ei posse conferri beneficia, dum Episcopus non est, modo residentiam non requirant. Laym. in c. Ec-  
clesia, de elect. n. 1. Pirk. ad tit. de prob. n. 164. citans Abbatem in cit. c. Ecclesia. de elect. n. 3. Quod si tam-  
en beneficium est curatum, aut aliunde requiri-  
ens residentiam, aut personatus, opus est dispen-  
satione Papa, ut retineri, aut de novo obtineri  
possit. Abb. Laym. Pirk. l. cit.

*Q*uestio 160. *An, & qualiter Episcopi, al-  
teriusve Prelati translati ad aliam Eccle-  
siam, Ecclesia prior vacet ipso jure?*

1. *R*espondeo primò: Specie jure communi-  
per translationem pralati ad aliam Eccle-  
siam, vacat prior ipso jure. c. in apibus. 7. q. 1. §. trans-  
lati. c. quanto de translatione Episcopi. Castrop. loc.  
cit. n. 3. Gonz. gl. 15. n. 49. citans Rebuff. in pr. tit.  
requisit. ad collationem. n. 52. & i. Barb. juris Eccl. l.  
3. c. 14. n. 25.

2. Respondet secundò: haec vacatio incipit  
etiam ante captam possessionem alterius Ec-  
clesiaz AA. idem. Quamprimum translatus in  
translationem sui confessi; & aliqui enim Epis-  
copus foret sponsus duarum Ecclesiarum, & com-  
mitteretur adulterium spirituale. Pirk. ad tit. de  
translatione. n. 17. Vel etiam ante hunc ejus con-  
fessum; dum nimurum invitus in gravi & justa  
causa transferatur. Pirk. ibid. ubi etiam, quod aliud  
sit in inferioribus dignitatibus & beneficiis (pu-  
ta talibus, vi quarum non est, & dicitur quis sponte-  
sus alicuius Ecclesiaz) à quibus si quis tranfera-  
tur, vel potius promoveatur, priora beneficia or-  
dinariè non vacant ante obtentam possessionem,  
& plenum jus Episcopalis dignitatis; quia in his  
cessat prædicta ratio; cum in illis non contrahatur  
matrimonium spirituale, à quo quis prius ab-  
solvi debeat.

3. Respondeo tertio: olim faktem non vacabat  
prior Ecclesia, priusquam expedientur litera  
apostolica super eam translatione, exque ostense  
sunt capitulo; cum tunc prius & non ante admini-  
strationem secundæ Ecclesiaz habeat Pralatus. Castrop. loc. cit. Gonz. l. c. n. 49. & add. gl. §. 2.  
n. 80. Barb. cit. n. 25. idque juxta textum Extray.  
injunction. de Elect. inter communis. Addit etiam Ca-  
strop. n. 4. debet hanc translationem esse fru-  
ctuolum; cum, si Episcopatus, ad quem transfe-  
ratur, sit ex solo titulo, nullius beneficii præhabiti  
vacationem inducat, citat pro hoc Nav. conf. 14.  
de elect. n. 3. Paris. l. 3. q. 1. n. 9. & 89. Garc. p. II. c.  
6. n. 24. ubi tamen hi AA. plus non habent, quam  
quod dictum suprà de promotis ad Ecclesias ci-  
tulares merè, existentes in terris infidelium.

4. Respondeo quartò: Verum quidquid sit de  
hoc, hodiecum, etiam ante expeditionem dicta-  
rum literarum, viderit contingere dicta vacatio.  
Recitat siquidem Barb. loc. cit. uti & in Collectan.  
ad c. 1. de translatione. n. 5. declarationem S. Con-  
gregationis Cardinal. de die 14. Decemb. 1624.  
qua se habet: S. Congregatio Cardinalium negotiis  
Episcoporum propria, S. D. N. approbante censuit, Ec-